


Vc  
4646










Q. 34 <sup>6</sup>/<sub>1</sub>, 27.

V c  
4646

PROLVSIÖ  
IN  
ANNIVERSARIAM GYMNASII GOTHANI  
LVSTRATIONEM  
A. CIOIOCCXXXVIII.  
DE  
ASTROLOGICAE VANITATIS IN BELLO TRI-  
CENNALI MIRO QVODAM FASCINO.





1020 I

19 3 18 1851

012V 30 11


UNIVERSITÄTS- UND LANDESBIBLIOTHEK SACHSEN-ANHALT

MAGDEBURG

VERLEHNSSTAMP

LEHRE DER BIBLIOTHEKSWISSENSCHAFT

VON DR. THEODOR SCHNEIDER







um persequendum iam veniat institutum, quo observati-  
ones quasdam, historiam funesti illius, quod Germaniam  
per ipsos triginta annos misere concussit atque adflixit, bel-  
li quodammodo illustrantes publicato nuper programme  
Lectoribus humanissimis proponere coepi; prolixo autem  
nunc mihi quidem esse haud liceat: lubet argumentum, commentationi-  
bus iam nonnullis pertractatum, de lufibus ingenii astrologicis, cum par-  
ticula quadam diffusae belli huius historiae ita connectere, vt in hac ipsa  
vanissimae illius artis fascinationem non fuisse nullam demonstrarem.

Constat inter omnes, aliqua saltem rerum in orbe gestarum notitia  
imbutos, quantas in isto tricennali bello pro Caesare Ferdinando II. res  
gesserit, quam mirum in modum cristas erexerit, quam formidandus toti  
Germaniae, et ipsi denique Caesari fuerit ALBERTVS ille WALLEN-  
STEINIUS, Caesaris copiarum per aliquot annos summus dux, in altum  
nimis, vt lapsu grauiore rueret, sublatus. Hunc autem astrologicis ine-  
ptiis, quibus et ipse ad insaniam fuit deditus, ea debuisse suffragia, quibus  
magnum exercituum ipsi commissa est praefectura, scripto quodam,  
cui titulus, *Magna horologii campana*, quo ad arma iunctim contra Caesa-  
rem capiendi Principes, qui dicuntur, protestantes, omnes grauius exci-  
tantur, quodque anno superioris saeculi trigesimo primo produit, adseritur  
verbis infra legendis: (a) quae, si aularum, astrologicis ineptiis eo etiam-  
num tempore nimium quantum tribuentium, (b) indolem spectes,  
\*  
omni

(a) Praefatione p. 13. Darauf dann also-  
fort von Kriegsachen deliberiret, und gut  
befunden worden, dass man eine gute Men-  
ge vornehmer Kriegsofficierer zusammen be-  
schriebe: welchen allen, einem jedwedern be-  
sonders, eine Natiuitat, was sie vor Glück  
im Kriege haben sollten: darunter vornem-  
lich dem Wallensteiner zwölf Natiuitaten  
successive, die alle mit einander fast auf ei-  
nen Zweck ausgangen, und groß Glück zum  
Kriege promittiret, gestellet worden. Da-  
hero dann dem Wallensteiner die jetzige Char-  
ge, ob man zwar wohl wegen seiner Furio-

stat, und geringen Judicii, (wie im ge-  
heimten Kayserlichen Directorio davon judi-  
ciret worden) ihm solche hohe Commission  
aufzutragen Bedencken gehabt, vertrauet.  
Weil ihm aber alle Natiuitaten zum Kriege  
so groß Glück promittiret, ist endlich ge-  
schlossen worden, dass man mehr auf die  
Personen, welchen das Glück fauorte, zu  
sehen, als auf die, so oft von hohen Quali-  
taten und Judicio waren.

(b) De Astrologia, superiori quoque  
saeculo aulas et magnos principes fascino-  
te, multa lectu digna habet insignis ille in  
omni



omni fide, quam tamen cuilibet addere aut demere integrum esto, destituta haud videntur.

Praeterea in historia vitae Wallensteinianae memoratur, ipsum post illustratam Galliam, Hispaniam, Britanniam, Patauii in Italia aliquamdiu vixisse, ibidemque ab Andrea Argolo, mathematico celeberrimo, (c) astro-

omni historia ratiocinator, PETRVS BAEIIVS, dictionarii sui historici et critic. tom. III vbi magni astrologi Gallici, IO. BAPT. MORINI vitam enarrat. En pauca quaedam ex vberiori tractatione, et quidem e nota G) decerpta: *Je ne raporte toutes ces chuses, qu'asin, qu'on voit les foiblesses de ceux, qui sont au timon. La destinée des Peuples & des Roiaumes est entre leurs mains pendant que la leur depend des caprices & des visions d'un Astrologue. Leurs passions & leurs idées ont ordinairement plus de part au Gouvernement, que les volontez du Monarque, parcequ'ils lui inspirent adroitement ce qu'il leur plait. Ainsi, lorsqu'ils se conduisent par les conseils d'un Astrologue, ne peut on pas dire, que le bonheur & que le malheur des Peuples depend de cet Astrologue? Facere non possum, quin adiungam aliud eiusdem iudicium, quo Astrologia omnis vehementer proteritur & conculcatur. Legi illud potest tom. II. artic. CATHO, not. C. atque ita habet. *Or rien ne paroît moins digne de Dieu, que de révéler l'avenir à un Astrologue, c'est à dire, de recompenser d'une faveur si exquise l'étude la plus impertinente, qui se puisse voir, & la plus fondée sur des chimères. Qu'un diable, qu'un esprit déréglé s'engage à manifester l'avenir à des faiseurs d'horoscopes, & de figures de Géomance, on le peut comprendre; car puisqu'il est criminel, rien n'empêche, qu'il n'ait des caprices & des fantaisies grotesques, & qu'il ne dirige sa conduite par des puérilités pour se mieux moquer des choses.* Haec Baeliana confirmantur testimonio notatu dignissimo ipsius ROB. FLVDDI, Astrologiae vindicis acerrimi, et explanatoris*

perquam luculenti, in *Technica sua Macrocosmi historia* Tract. II Part. X. lib. I. cap. IV. de causa falsarum praedictionum apud omnes fere astrologos, et de diabolo, astrologorum principe, ita scribentis: *Citra omne dubium tam certi sunt stellarum effectus in haec inferiora, quam certum est, Deum omnia ordinasse, quae in mundo hoc inferiori non modo in elementis simplicibus, sed in ipsis etiam elementatis, tam animatis quam inanimatis contingunt. Nec credendum est, ipsum diabolum alia cognitione futura et praeterita cognouisse, (cum, teste Scriptura, de mentis secretis nihil participet) nisi quatenus ex astrorum motu euentus omnes addidit, ac si in aethereis campis eos aureis litteris descriptos vidisset. Et hic quidem inter omnes totius mundi astrologos exercitatissimus esse creditur, utpote qui diu in hac scientia operam posuit, atque inde a mundi principio stellarum operationes obseruauit, per quas voluntatem Dei in rebus naturalibus assidue animaduertit, haud secus ac seruus aliquis, domini sui verba ac vocem audiens, ex sono eorum intelligit, quid ipse velit, et quae sit eius in re qualibet intentio. Ergo ex sententia Fluddi astrologia est omnis, quae diabolo tribui potest, futurorum, etiam contingentium, vel quae pro talibus vulgo habentur, re vera autem in serie & nexu causarum & effectuum contingentia non sunt, cognitio et praedictio.*

(c) QUANTVS ARGOLVS hic fuerit astrologus, ostendunt inter alia eius Epheemerides motuum caelestium, ab a. 1641. ad a. 1700. quas Lugduni tribus voluminibus 4. a. 1677. editas ipse inter mathematicos meos possideo, et quarum tomo I. praedictiones astrologicas concinnandi modum

ac



astrologicis mysteriis plane initiatum et imbutum, per omnem vitam maximi eas fecisse, semperque exercitatissimo astrologo Italo, Ioanne Bironio, tanquam fido Achate, stipatum fuisse; deinde etiam Io. Baptista Seno, Genuense, cui annum mille imperialium stipendium largitus sit, augure et vate perpetuo, stolidi sane credulitate, vsum esse. (d)

Immo perillustri ille Annalium Ferdinandeorum, magni et diffusi operis, conditor, Comes KHEVENHULLERVS, vbi tragicum eius exitum refert, qui Egrae in Bohemia anno superioris saeculi trigesimo quarto, die xv. (vel st. n. xxv.) Februarii contigit, disertis verbis commemorat, cum in cubiculo suo, ferme inter ipsas suas nugas astrologicas, a coniu-ratis pro Caesare oppressum, et lancea perfozum esse. (e)

Equis iam non videt, caelestes illos, at vitio creatos, prophetas, astrologos dico, tam lautis stipendiis conductos, et tantis praemiis inuitatos, similique ridicula religione consultos, qua olim augures, extispices, aruspices, pullarios suos confulebant Romani, vt auspicato omnia fierent,

\* \*

eodem

ac rationem satis clare docet: ita vt Ephemerides illae calendariographis vsque ad initium huius saeculi mirifice potuerint inferuire.

(d) Quae memorauimus, referuntur in vita et historia Wallensteinii, vti in *Lexico vniuersali historico Lipsiensi* exhibetur. Conferri autem possunt *die Hamburgischen historischen Remarques. Part. IV. a. 1702. p. 241.* vbi vncialis eius a. 1628. cuius sifitur atque explicatur. it. p. 249. vbi alius eiusdem vncialis, a. 1632. cuius pari modo, cum rerum ab ipso gestarum enarratione continuata, repraesentatur. Operae etiam pretium fuerit inspexisse celeberrimi historiographi IO. DAVID. KOELERI *Delicias numismaticas Part. III. p. 17.* vbi eiusdem numus aureus, (Ducate) quem tanquam Dux Megapolitanus cudi fecit, cum exquisitissimis observationibus eo remplandis proponitur. Inde non nisi sequentia, quae a seopum meum faciunt et p. 24 leguntur, excribo *Des Wallensteins Nari-vitat-Steller, IO. BAPTISTA SENO, ein Genueser, den er jähr-lich mit 1000. Reichsthaler besoldete, hatte ihm a. 1633. vorher gesagt, daß er zwar*

hoch steigen, aber auch tieff fallen würde. Er hat aber geantwortet: Er achte solches nicht, und würde doch zum wenigsten den Rubm haben, daß er als König in böheim gestorben, wie Julius Caesar, ob er wol erschossen worden, doch den Rubm behalte, daß er Römischer Kayser gewesen. Eadem hac Parte III. *Deliciar. numismat. p. 414 nonnulla* b. D. IACOBSII nostri observationes de numis Wallensteinianis, aureis et argenteis, subiunguntur.

(e) *Annal. Ferdinand. tom. XII. p. 1164.* *Der Astrologus Johan Baptista Seno, so der Hertzog bey sich gehabt, ist, gleich wie die Soldaten ins Haus kommen, von ihm aus dem Zimmer gangen, und sind in der Calculation nicht eins gewesen; denn der Astrologus in der seinigen, daß die Stunde der Gefahr noch nicht, der Hertzog aber, daß sie vorüber sey, befunden: der ihm auch selbst prophezeyet, daß er solle gefangen werden, welches auch geschehen, und er in einen harten Gefingniß. bis so lange die Soldaten von ihm 4000. Cronen, so ihm der Hertzog den Tag vor seinem Tod gegeben, heraus gepress, gehalten worden, alsdann sie ihn wiederum los, und lauffen lassen.*



eodem ferme modo decepiſſe, qui decipi volebant, quo et Iouis Ham-  
monis ſacerdotes, Alexandro, quod magnus et felix eſſet gentium latro,  
diuinos honores poſtulanti, oracula, quae voluit, reddiderunt; (f) et  
quo Lentulo in coniuratione Catilinaria Sibyllina fata regnum addixere;  
(g) ſaeco huic Germaniae Catilinae, (quo elogio ab Oldenburgero (h)  
mactatur) ſumma omnia, et in minimis regiam, quam adſectauit, Bo-  
hemiae coronam facile promiſiſſe, atque ita audacia iam furentem, et ſce-  
lus anhelantem infatuſſe, vt omnia miſcere, in Caefarem ipſum arma  
vertere, ſuoque adeo capiti perniciem ſtruere non dubitavit.

Neque

(f) Curt. lib. IV. cap. VII. extr.

(g) Cicero Orat. III. in Catilinam cap.  
IV. Salluſt. bello Catilin. cap. XLVII.

(h) Notum eſt, PHIL. ANDR. OL-  
DENBURGERVM ſub nomine BUR-  
GOLDENSIS a. 1669. 4. edidiſſe *Dis-  
curſus iuridico-politico-hiſtoricos ad Inſtru-  
mentum, ſive tabulas pacis Ornabrugo-Mo-  
naſterienſis*, in quibus primo hiſtoriam  
belli tricennalis cum variis obſervationi-  
bus et ratiociniis politiis ſuccincte enar-  
rat. In his p. 117. de Wallenſteinio ita  
ſcribit. *His belli neruis breui tempore  
quodammodo combinatur exercitus, cui cum  
ſupremo imperii, pacis fere belliſque arbitrio,  
totius domus Auſtriacae abſolute Generaliſſi-  
mus praepoſitur. Albertus Wallenſteini-  
us, Germaniae mox Catilina. Miſſis ali-  
is quam plurimis, quae adduci poſſent,  
addo non niſi locum inſignem grauiſſimi  
Annalium Boicae gentis ſcriptoris, IO.  
ADLZREITERI, editionis ab ill. LEIB-  
NITIO, vna cum Annalibus Brunneria-  
nis a. 1710. curatae Part. III. lib. XIX.  
p. 306. ita ſcribentis: Laborabat interea  
Romanum imperium dupliſi periculo. Fo-  
ris imminabant ab hoſte publico pugnae, in-  
tus ex Fridlandi militationibus timores. Re-  
ſeram, quod ipſa rerum euentia et ſcriptores  
alii docuerunt. Ambitionem hominis cete-  
roqui faſtuoſi inflauerat ingens potentia, et  
armorum caeſareorum abſoluta poſteſtas. Re-  
gnandi cupiditatem accendebant deliramenta  
coniectoris aſtronomi, qui coronam, ſceptrum,*

regnum Fridlando ſomniabat: animos facie-  
bat pecuniae vis immanis, quam tum e ſuo,  
tum ex immenſis prouinciarum collectis con-  
geſſerat. Cet. Forte Lectorem nonnullis  
volupe fuerit adſcriptum heic legere  
cum epigramma Latinum in Wallenſteini-  
um, e *Deliciis Koelerianis l. c. tum et lepi-  
dum epitaphium Germanicum, e Burgol-  
denſis memoratis Diſcuſſib. p. 120. decer-  
ptum. Prius, reſpiciens aegritudinem ip-  
ſius ex podagra, et interitum in vrbe  
Egra, ſiue, vt h. l. ſcribitur, Aegra, ita  
habet:*

*Aegrum dira manus telis me conſecit aegre,  
Aegre dum me urbis moenia clauſa tenent.  
Omnia qui dixit, qui geſſit, qui tulit aegre,  
Aegrum illi tumulum, par fuit, Aegra  
daret.*

Alterum, ipſa ſimplicitate et rhythmo an-  
tiquo placitum, hoc eſt.

*Hier liegt und fault mit Haut und Bein  
Der groſſe Kriegsfürſt Wallenſtein.  
Der groſſe Kriegsmacht zſammen bracht,  
Doch nie gelieffert recht ein Schlacht,  
Groß Gut thät er gar vielen ſchenken,  
Dargegen auch viel unſchuldig hencken,  
Durch Sternucken und lang trachirn,  
Thät er viel Land und Leut verliern:  
Gar zart war ihm ſein Bömisch Hirn,  
Konat nicht leiden der Sporen Kirrn.  
Haben, Hennen, Hund er bannſt  
Aller Orten, wo er logirt:  
Doch muſt er gebn des Todes Straffen,  
D' Hahnkrähn, und d' Hund bellen laffen.*



Neque tamen exilimandum est, ab omnibus omnino historicis atrocissime notari Wallensteinum. Habet enim defensorem PAULUM PIA-  
LASECIVM, episcopum Praemislensem, cuius *Chronica gestorum in Europa singularium* accurate et fideliter conscripta, uti habet titulus, ad A. C. CIOIOCLVIII. (ab A. CIOIOCLXXII.) iuxta exemplar impressum Cra-couiae, alicubi in Belgio, uti e chartae & typorum nitore coniciere est, locus enim non indicatur, recula exstant. Is vero historiam anni CIOIOCLXXXIII. ita orditur. *Res imperatoris (post captam Ratisbonam, cum iam hostis proxime immineret Austriae,) difficiliore fuisse adparebat. Ac magis vacillabant propter dissensiones Aulae illius consiliariorum, et militarium ducum, ex quibus enatae molestiores diffidentiae Valistenium et praecipuos tribunos ipsi addictos in suspicionem inuitae contra Imperatorem conspirationis, demumque in trucidationem immanem innoxios traxerunt: stratego technarum illarum et scenae feralis Octaui Piccollominio, equite Meliteni Italo. Et quidem a multo tempore incurrerat Valistenius odia caesareorum aulicorum, praesertim Hispanorum, quorum ipse consilia de alendo diuturno in Germania bello palam carpere solebat. Sed post pugnam Lutzinensem, caesumque in ea Gustauum Suecum Regem, grauius offendit, cum, elatus fiducia tanti meriti, multa circa illius belli administrationem ex propria sententia liberius ageret, pacem auctoritate sua praesumpta (circa tractatum pacis cum Electore Saxoniae dixisse fertur, etiam inui- zium Imperatorem ad suscipiendam pacem se coacturum) in imperio componendam fore praesferret, mandata Imperatoris (dicebat ab ignaro rerum Imperatore data fuisse) exsequi non curaret, et praecipuos militum obsequio suo largitionibus profusus manciparet. Maleuoli autem in deterius ista omnia attollebant, ipsiusque potentiam, nisi tempestiue imminueretur, quandoque Domui Austriacae damnosam fore criminationibus artificiosis comprobantes, tandem Imperatori persuaserunt, ut de eo exaucturando, ac alio duce militibus suis praesficiendo coeperit cogitare. Quod ille ut rescivit, spon- te cedere magistratu, nec dedecus repudiationis expectare decreuit; ac conuocatis tribunis militum Pilsnae ad diem vigesimam Ianuarii istius anni denunciauit, quod fractus laboribus bellicis (plerumque a praedio Lutzinensi decumbebat in lecto ex podagra) ac pertaesus difficiliorum rationum aerarii imperialis, ex quo nunquam tempestiue stipendia, impensaeque belli necessa- riae subministrarentur, officium illud amplius exercere non valeret, illudque deponeret. Verum ita potius accersuit, quam euitauit fatale suum malum, fauore militari, alioqui ducibus semper utili, in maiores calumniarum sus-  
spiciones*



QR Te 4670

10 18

*spiciones præcipitatur.* Reliqua, quibus apologia hæc pertextitur, pagina non capit.

Pauculis hisce in gratiam Lectorum, delibatos quosdam ex amoenissimo historiarum campo flores haud adspernantium, ad demonstrandam illustri quodam exemplo astrologicae vanitatis vim fascinatricem, praemissis, orationum sub auspicia lustrationis anniuersariae Gymnasii habendarum argumenta, et iuuenum eximiorum, ab ingenio, probitate, industria, et progressibus in studiorum cursu haud poenitendis omnino commendandorum, qui cathedram dicturi contendent, nomina sunt indicanda.

Verba nempe facient Latine,

**IO. AEGIDIUS SCHVSTER, GOTHANVS,**

*de rebus, auspiciis Imperatoris FERDINANDI II. primo belli tricennalis quinquennio feliciter gestis; addito carmine Latino eucharistico.*

**CHRISTIANVS EHREGOTT CREDNER,**

**FRIDERICORODANVS,**

*de rebus altero belli huius quinquennio eiusdem Caesaris auspiciis felicissime gestis, et*

**CHRISTIANVS HENRICVS SCHMIDT, GOTHANVS.**

*de Edicto, quod vocant, restitutionis, Protestantibus admodum infesto, ab eodem hoc Caesare a. MDCCXXXIX. publicato; subiuncto carmine Germanico.*

Panegyri huic crastina luce hora VII. matutina vt interesse, et benigna auscultatione iuuenum studia incendere dignentur PERILLVSTRES IN AVLA PVBLICAE SALVTIS CVRATORES, VENERABILES REI ECCLESIASTICAE ANTISTITES, GYMNASII EPHORI OBSERVANTISSIME COLENDI, ATQVE OMNIVM ORDINVM AMPLISSIMI ERVDITISSIMIQVE VIRI, QUIBVS GOTHA NOSTRA FLORET, qua par est, obseruantia, oro atque contendo

**IO. HENR. STVSS,**

ILLVSTRIS GYMNASII RECTOR ET REG. PRVSS. ACAD. SCIENT. COLLEGA.

P. P. D. XXVIII. IVLII. A. MDCC XXXXVIII.

710





ULB Halle  
007 651 953


3











B.I.G.

Farbkarte #13

V c  
4646

LVSIO  
 IN  
 GYMNASII GOTHANI  
 ATIONEM  
 CCXXXVIII  
 DE  
 NITATIS IN BELLO TRI  
 QVODAM FASCINO.

